



UNA VOCE VENETIA

30 Novembre

## Sant' Andrea Apostolo

### **Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthaéum** *Matth. 4, 18-22*

In illo témpore : Ambulans Jesus juxta mare Galilaéæ, vidit duos fratres, Simónem, qui vocátur Petrus, et Andréam fratrem ejus, mitténtes rete in mare (erant enim piscatóres), et ait illis : Veníte post me, et fáciam vos fferi piscatóres hóminum. At illi contínuo, relíctis rétibus, secúti sunt eum. Et procedens inde, vidit álios duos fratres, Jacóbum Zebedaéi et Joánnem, fratrem ejus, in navi cum Zebedaéo patre eórum reficiéntes rétia sua : et vocávit eos. Illi autem statim, relíctis rétibus et patre, secúti sunt eum.

### **Dal Vangelo secondo Matteo** *Matt. 4, 18-22*

IN QUEL tempo, camminando lungo il mare di Galilea, Gesù vide due fratelli, Simone, chiamato Pietro, e Andrea, i quali gettavano in mare la rete, (perché erano pescatori). E disse loro: Venite dietro a me, e vi farò pescatori di uomini. Ed essi, subito, abbandonate le reti, lo seguirono. Di lì andando innanzi, vide due altri fratelli, Giacomo e Giovanni i quali nella loro barca insieme con Zebedeo loro padre, rassettavano le reti, e li chiamò. Essi allora, abbandonate le reti e il padre, subito lo seguirono.



UNA VOCE VENETIA

## Ultimo Vangelo di san Giovanni

**Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem** *Joann. 1, 1-14*

IN PRINCIPIO erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípío apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil, quod factum est : in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum : et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmíne, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmíne. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem fílios Dei fíeri, his, qui credunt in nómine ejus : qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. **(Hic genuflectitur.)** Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis : et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis.

**Dal Vangelo secondo Giovanni** *Giov. 1, 1-14*

IN PRINCIPIO era il Verbo e il Verbo era presso Dio, e il Verbo era Dio. Questo era in principio presso Dio. Tutte le cose sono state fatte per mezzo di lui, e senza di lui nessuna delle cose create è stata fatta. In lui era la vita, e la vita era la luce degli uomini. E la luce splendé fra le tenebre, ma le tenebre non la compresero. Ci fu un uomo mandato da Dio: il suo nome era Giovanni. Egli venne come testimone, per attestare della luce, affinché tutti credessero per mezzo di lui. Non era lui la luce, ma venne per rendere testimonianza alla luce. Era la luce vera che illumina ogni uomo che viene in questo mondo. Era nel mondo e il mondo fu creato per mezzo di lui, ma il mondo non lo conobbe. Venne in casa sua ed i suoi non lo ricevertero. Ma a quanti lo accolsero diede il diritto di diventar figli di Dio, a coloro che credono nel suo nome: i quali non da sangue, né da volere di carne, né da volere di uomini, ma da Dio son nati. E il Verbo si è fatto carne ed abitò fra noi, e noi abbiamo contemplata la sua gloria: gloria come d'Unigenito del Padre, pieno di grazia e di verità.